

ITEM ALIA IN SABBATO .

IUDEI ergo quoniam parasceue  
erat . ut non remanerent in cruce corpora sabbato .  
Erat enim magnus dies ille sabbati . Rogauerunt  
pilatum . ut frangerentur eorum crura et tollerentur .  
Sicut enim dies ille sabbati in lege magnus erat . sicut  
et hic euangelista iohannes commemorat . Ita diem  
redemptionis domini magnus fuit uniuerso humano  
generi . Quod uero dicit rogauerunt ad pilatum ut  
frangerentur eorum crura et tollerentur . Non ut crura  
tollerentur . sed ideo in eis frangebantur ut morerentur .  
Et aufererentur de ligno . ne pendentes in crucibus mag  
num diem festum diurno cruciatus horore foeda  
rent . Sed unus militum latus eius percussit et uulne  
rauit . Hoc quidem significat . ut illic quodam modo  
uitae ostium panderetur . [.v.] Unde sacramenta ecclesie  
manauerunt . sine quibus per uiam christi qui est uera  
uita non intratur . Ille sanguis in remissione effu  
sus est peccatorum . et aqua illa salutare temperabat  
poculum . Hęc quidem et lauacrum prestat et potum .  
Haec itaque pronuntiabat . quod noe et in latere arcę  
ostium facere iussus est . In quia intrarent anima  
lia quę non erant diluuio peritura . quibus prefigura  
batur aecclesia . Quod autem dicitur ad iesum cum ue  
/76r/nissent non fregerunt eius crura . Ad hoc pertinet testi  
monium . os non comminuetis ex eo . quod preceptum est  
eis qui caelebrare pascha iussi sunt . Ouis immola  
tione in ueteri lege . quę dominicæ passionis umbram  
precesserat . unde pascha nostrum immolatus est christus .

[.vi.]<sup>1</sup> De qua et isaias propheta predixerat . sicut ouis ad immo  
landum ductus est . Hoc quoque quod subiunxit .  
sed unus militum láncea latus eius aperuit . ad hoc  
pertinet testimonium . Videbunt in quem transfixerunt .  
ibi quidem promissum est . quod christus in ea qua cru  
cifixus est carne uenturus esset . Post haec autem  
rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo quod esset  
disci-pulus iesu . Occultus autem propter metum  
iudeorum ut tolleret corpus iesu . et permisit pilatus .  
Venit ergo et tulit corpus iesu . [.vii.] Uenit autem et nicho  
demus qui uenerat ad iesum nocte primum . ferens  
mixturam myrrę et aloes quasi libras centum .  
Acceperunt ergo iesum et ligauerunt eum lintheis  
cum . aromatibus . sicut mos iudeis est sepelire .  
Ioseph iste occultus discipulus domini nostri iesu christi .  
qui ab arimathiae castro erat . figuram castri  
monialium gerebat . Quia sicut ille corpus domini  
meruit baiulari . ut in sepulchro suo ponere .  
Ita et illi qui castitatem corporis atque animę  
habent . Merentur corpus christi et sanguinem  
accipere . Iuxta paulum apostolum dicentem . Probet  
ergo se homo . et sic de pane domini edat et de calice  
bibat . [.viii.] Quod autem dicit uenit nichodemus qui  
/76v/ uenerat ad iesum nocte primum ferens mixturam myrrę  
et aloes quasi libras centum . Non ita distinguendum est  
ut dicamus primum ferens mixturam myrrę et aloes . Sed  
hoc quod dictum est primum . ad superiorem . sensum  
pertinet . Venerat enim nichodemus ad iesum nocte primum .  
Hic ergo intelligendum est . quod non tunc solum  
sed tunc primum uenisce nochodemum . Uenisse autem  
postea . ut fieret audiendo discipulus . quod certe

modo reuelationis corporis beatissimi stephani . fere  
omnibus gentibus declaratur . Hoc loco nichodemus figu  
ram sanctorum predestinatus gerit qui ante baptismum in  
ignorantia fuerunt . Sed ueniunt ad dominum . cum mix  
tura mirre et aloes . Cum enim se recognoscunt  
mortificant se a uitiis et concupiscentiis atque presenti  
seculo . Et abnegant semetipsos et secuntur christum . Erat  
autem in loco ubi crucifixus est iesus ortus . et in orto  
monumentum nouum in quo nondum quisquam positus  
fuerat . Ibi ergo propter parasceu iudeorum quia iuxta  
erat monumentum . posuerunt iesum . Sicut in marię  
uirginis utero nemo ante illum conceptus est . Ita in  
hoc monumento nemo ante illum sepultus est . nemo  
post illum . Ibi ergo propter parasceu iudeorum quia  
iuxta erat monumentum . posuerunt iesum . Ad caelebri  
tatem uult intelligine<sup>2</sup> ad uesperas ceret . quando  
iam propter parasceu quam caenam puram iudei .  
Latini uero usitatus apud nos uocant facere tale  
aliquid non licebat . Quod enim aliud per ortum? Nisi  
aecclesia christi intelligitur . Ipsa est siquidem aeccllesia  
/77r/ catholica . quid uero per sepulturam nisi conscientia unius  
cuiusque homines in aeccllesia dei designatur . ubi corpus  
christi reponitur . Et quia sicut diximus monumentum  
nouum ideo dictum est . quia nullus alias in eo mortuus  
fuerat . Ita et anima in qua christus inhabitat . a peccato  
mortifero et a uitiis esse debet aliena . ut uirtutibus diui  
nis possit impleri . Te donante iesu christe qui cum patre  
et spiritu sancto uiuis et regnas deus . per omnia secula seculaorum Amen .

<sup>1</sup> This lectio number and the two following on this page are partly obscured by trimming.

<sup>2</sup> intelligine] corr . from intelligene